

large expansion. C'est autour de la vie pratique de ces Universités, de l'Université de Paris surtout, que l'auteur rassemble des données et des informations très intéressantes. Particulièrement au sujet des Collèges qui hebergèrent les élèves des Universités. Ces Collèges étaient dirigés fermement par des hommes capables, qui étaient en même temps des éducateurs et des administrateurs de haute valeur. Ces Collèges reçurent des dotations ; ces biens exigèrent, pour leur administration utile, des mains expérimentées. Nous savons que ces époques se signalèrent, au point de vue de la vie des ecclésiastiques, par un grand nombre de bénéfices. On aime à souligner les ombres que ces « beneficia » comportèrent ; mais n'oublions pas que ce furent précisément ces « beneficia » qui permirent à beaucoup d'ecclésiastiques d'accéder à une formation scientifique. — Ces idées sont exposées et commentées savamment par le Prof. Gabriel, de telle façon que ce petit livre se fasse lire non sans agrément. Les notes nombreuses prouvent la richesse de la documentation dont dispose l'auteur. Les beaux clichés ajoutés à la fin en constituent une preuve de plus.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

S. PERA, O. F. M., *Historical Notes concerning ten of the thirty-one rigoristic propositions condemned by Alexander VIII (1690)*. 134 pp. Extract from *Franciscan Studies*, vol. 20, 1960.

Die 7 decembris 1690, S. Congregatio Romana S. Officii proscriptit 31 propositiones rigoristicas. Hoc factum est post diuturnum examen propositionum dogmaticarum quae ex parte organisationis « antiiansenisticae » Romam allatae fuerunt, condemnationis gratia, a Fr. Porter. Iste 238 sententias damnandas proposuerat ; 31 retentae ac damnatae fuerunt. Propositiones ac sententiae istae, tum sub respectu strictae dogmaticae, tum sub respectu historico, examini subiectae fuerunt ab auctore Pera. Quod ita perspexit, collegit ac edidit sub forma dissertationis quae ipsi inserviit ad obtinendum lauream in Theologia in facultate S. Theologiae in Pont. Athenaeo Antoniano. Omnia et singula quae hac ratione inquisita et illuminata fuerunt in hac dissertatione indicare nolumus. Speciatim tamen notare velimus ea quae hic dicuntur de propositionibus dicta occasione damnatis, et haustis ex operibus cfr. Havermans, canonici s. Michaelis Antverpiensis. Havermans multa scripsit ac edidit ; mortuus est, vix annos 35 natus. — Sententiae damnatae nonnullae ex operibus Havermans desumptae fuerunt. Generatim tamen uno alterove inciso addito vel dempto. Praeterea, examine accurate textus et contextus in ipsis operibus Havermans instituto, concluditur Havermans ipsum doctrinam nunc damnatam non vere docuisse. Ita paucis contrahere possumus ea quae ab auctore, pluribus nuntiis appositis, fusius exponuntur. Addi potest plurima hic congeri quae ex fontibus variis collecta fuere. In quo opere perficiendo, ea quae a professore suo eruditissimo L. Ceyssens, sub hoc respectu congesta fuerunt ipsi neodoctori Pera, certe permulta contulerunt.



Dissertatio ista proinde merita non spernenda habet tum ideo quia multa in unum compendium scite collegit, tum etiam quia non pauca manifestat de litteratura theologica saeculi decimi septimi, in qua, licet in materia nonnihil limitata, scripta Havermans ac confratrum suorum canoniae Antverpiensis considerationem specialem mereri dicenda sunt.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Ph. SEIDENSTICKER, *Propheten und Evangelisten*. 154 pp. ; VEIT GADIENT, *Wir lesen bei Johannes*. 160 pp. — Ed. : Verlag Ferd. Schöningh, Paderborn.

Editor Schöningh, recensionis gratia, hos duos libellos transmisit. In primo libro, a P. Seidensticker conscripto, prophetae Veteris Testamenti : Daniel, Ezechiel, Ieremias, Isaias, Emmanuel, et pro Novo Testamento : Iesus, Matthaeus, Marcus, Lucas, Iohannes considerantur. Origo libri indicatur : Conferentiae habitae Dominicis Adventus ac Quadragesimae fidelibus exhibuerunt, sub lumine fidei, inhaerendo firmiter textibus S. Scripturae, personas centrales per quas revelatio Dei ad nos usque pervenit. Ultima conferentia divinitatem Christi exponit. Haec omnia optime indicantur hac ratione : Zeugen und Zeugnisse der Heilsgeschichte.

Alter liber, a P. Gadiant conscripto, pericopas praecipuas Evangelii S. Iohannis prae oculis habet et fideliter exponit.

In duobus libris istis quaerenda non est expositio scientifica, uti dicere solent. Agitur vero de expositione potius « vulgarizationis » dicta. Quod minime significat ea quae hic exponuntur minoris esse valoris. E contra, libentissime fatemur agi hic de expositione pericoparum S. Scripturae, quae revera ad captum est fidelium nonnihil excultorum ; et ea quae antea scientificè examinata fuerunt ulterius aptissime synthetice exponit. Uterque liber iste sub hac ratione vere laudari debet.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

A. HAMELIN, O. F. M., *L'école Franciscaine de ses débuts jusqu'à l'occamisme*. 78 pp. Ed. : Nauwelaerts, Louvain. Pr. : 100 fr.

Cet exposé constitue le n. 12 des *Analecta Mediaevalia* Namurcensia. Mr. le Professeur Delhay (professeur aux Facultés catholique de Lille) groupe dans cette série des études ayant comme sujet l'histoire de la Théologie morale, qui fut sans aucun doute négligée jusqu'ici dans les recherches concernant les positions théologiques anciennes. Le titre du livre du P. Hamelin indique clairement de quoi il s'agit ici. Les Franciscains, avec leurs grands théologiens comme Alexandre de Halès, S. Bonaventure, Duns Scot et tant d'autres, ont exposé jadis (il s'agit ici seulement de quelques siècles de l'histoire) des théories remarquables pour tout ce qui se rapporte à la théologie strictement dogmatique. Ont-ils été aussi remarquables au point de vue de la théologie morale ? Le P. Hamelin s'est efforcé de placer ici quelques jalons. Les exposés des grands auteurs qu'il